

- 21 tionis. Canonici supernumerarius receptus simpliciter de mandato Papæ in aliqua ecclesia, in qua est certus numerus Canoniorum, non alii derogando, aut non mandando recedi cum plenitudine Juris canonicalis, non habet Jus canonie, stallum scilicet in choro, & vocem in capitulo, & alias omnes prerogativas, quibus ceteri Canonici gaudent. Canonici vero supernumerarius receptus cum expressa Papæ derogatione de certo Canonico numero, vel cum plenitudine Juris canonicalis, habet tale Jus canonie, id est, stallum in choro, vocem in capitulo, & alias omnes prerogativas quibus gaudent ceteri Canonici; *Lex. Zech. cap. 24. de Canon. n. 4. vers. Causa vero, ubi subdit quod quando à Papa impetratur canonicatus, qui sit supra numerum, debet id in literis exprimi, aliàs impetratio non valeret. Pavin. de potest. c. Sede vacante. prælat. 5. num. 15. Hojed. de incom. benef. part. 1. cap. 12. n. 6. Steph. Gratian. discept. forens. tit. 5. cap. 867. n. 1. Barbosa. de Canon. cap. 3. num. 15.*
- 22 Canonici autem supernumerarii ordinariè dicuntur illi, qui in Canoniorum collegium cooptantur, & Canonici creantur ultra numerum certum præbendarum, & canonicatum, absque ulla præbenda illis statim attributa, ut ex Gloss. & Abbat. in c. Cum M. Ferrariensis 9. de const. resolvit Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 11.
- 23 quest. 13. Barbosa. de Canon. cap. 3. num. 12. Si Canonici supernumerarii fuit admissus per capitulum simpliciter sine præbendarum suorum Jurium, quotidianas lucratur distributiones; Rota part. 18. recent. tom. 1. de cir. 364. n. 14. Canonici supernumerarii, qui ex privilegio apostolico in aliquam ecclesiam recipiuntur, cum eo quod solum participant de distributionibus quotidianis, & nullam obtineant præbendam, sed ad primam vacantiam juxta eorum prioritatem admittantur, non tenentur habere majorem ætatem, quam quatuordecim annorum, dummodo non optent, nisi cum ætatem requisitam habuerint; S. C. C. in una Venafren. 13. Martii 1603.
- 25 Potest permitti, quod Canonici deputent in parochum Canonico supernumerarium; cum hoc non sit incompatible; Sac. Cong. Conc. in Fulginat. 14. Martii 1648.
- 26 Dignitatem novam in cathedrali ecclesia erigere nemo potest, nisi unus tantummodo Summus Pontifex, ut pluries decisum in Sac. Congr. Conc. notatur in tract. de Synodo diocæs. lib. 7. cap. 75. §. 8.
- 27 Breve novi canonicatus est subreptitia, si Summo Pontifici non fuerit expressum statutum prohibens augeri numerum canonicatum. Neque alicujus efficacia est generica statutorum derogatio, quia non censetur Summus Pontifex derogare voluisse statutarie prohibitioni non expresse; Rota in Fanen. suppressionis 4. Jun. 1742. cor. R. P. D. Caniliac.
- 29 De Canonici novæ erectionis frequens est disputatio, an & quomodo participant proventus capituli, tum an, & quomodo teneantur ad onera capituli? Vide de prima disputatione Rot. in Senogaliten. successionis 30. Junii 1738. cor. bon. mem. Nunez, tum & maxime in Vercellen. functionum 14. Jun. 1738. & 28. Nov. 1742. utrobique fere per tot. cor. bon. mem. Vais, & de secunda disputatione consule idem supremum Tribunal in Viterbien. contributionis onerum, & expensarum 15. Junii 1745. cor. R. P. D. Elephantuc.
- 31 De præcedentia quoque ipsis debita quæri solet; Ad sacrum auditorium in Novarien. præcedentia 11. Decembris 1712. cor. bon. mem. Barbadic. &

CANONICI REGULARES.

Quoad beneficia curata, &c.

- ** Canonici Regulares Lateranenses, & Sanctissimi Salvatoris incapaces declarantur obtinendi beneficia secularia, & pensiones ecclesiasticas, & accedendi ad concursus pro ecclesiis parochialibus, & præbendis theologalibus, & penitentiariis. Bened. XIV. tit. 1. const. 135. incip. Quod inscrutabili per tot. & signanter §. 14.
- Dicti Canonici provisi de beneficiis curatis, aut residentialibus, prohibentur à claustris discedere absque in-

dulto apostolico. Idem *ibid.* §. 15. Provisi de beneficiis simplicibus, aut pensionibus ecclesiasticis jubentur intra claustra manere sub penis contra Apostatas *ibid.* Quia tamen regulæ inserviant laxiori, indulgentia apostolica facilius ipsis sunt concedenda, Idem *ibid.* §. 16.

Quando à patronis præsentari valeant ad ecclesias curatas, & canonicatus, seu præbendas seculares, assignatur, *ibid.* §. 17. & 18. Item quomodo ab Ordinariis provideri possint sine concursu; *ibid.* §. 29. Item quomodo ad concursus admitti; *ibid.* §. 21. Item quomodo provideri de parochia, aut præbenda theologali, vel penitentiaria extra concursum; *ibid.* §. 23. Item qua ratione eorum superiores præstare debeant consensum pro hujusmodi provisionibus; §. 17.

Præfati Canonici resignationes, coadjutorias, beneficia simplicia, & pensiones ecclesiasticas, à Summo Pontifice dumtaxat obtinere possunt. Idem *ibid.* §. 24. Obviantes parochias seculares, aut beneficia residentialia, non compelluntur habitum religionis gestare, nec socium sui ordinis retinere. Idem *ibid.* 27. Nec à superioribus regularibus ad claustra revocari possunt. Idem *ibid.* §. 25. Ad quæ nihilominus redire coguntur, si parochiam, aut canonicatum resignaverint, vel de ipsis per sententiam privati, aut perpetuo suspensi, & inhabilitati fuerint. Idem *ibid.* §. 28. Non vero si coadjutorem acceperint, aut jubilationem obtinuerint. Idem *ibid.*

Canonici Regulares Ordinis Hospitalarii S. Spiritus, & ejusdemque Ordinis Moniales in Hispaniis, & Polonia existentes, subjunguntur Ordinariis locorum, & eximuntur à Jurisdictione prætoris generalis S. Spiritus in Saxia de urbe. Idem *tom. 1. const. 15. incip. Sæpe Romanorum.*

Canonici Regulares S. Augustini monasterii Utiensis in Alpibus secularizantur, & habiles imposterum possidendi, hæreditandi, & testandi, ac absoluti ab omnibus præfata regulæ observantiis, excepto voto castitatis, ut alii seculares presbyteri, declarantur. Idem *tom. 2. constit. 56. incip. In sacrosancta.*

Canonici Regulares Præmonstratenses parochias ecclesias etiam seculares, & vicarias obtinere possunt, & retinere sine apostolica dispensatione; sic declaravit idem Pontifex Benedic. XIV. die 5. Septembris 1751. constit. incip. Oneroso.

Canonici Regulares, quomquam sint capaces beneficii curati, ex textu cap. Quod Dei timorem, de statu Monachor. non sunt tamen beneficii simplicis, ut ex pluribus decretis Sac. Concil. Congreg. firmatur. Idem *instit. eccles. 98. §. 2.* Sicut nec beneficiorum residentialium non parochialium, ut ex sensu multorum Canonistarum; *ibid.* §. 3.

Nec possunt parochias laicas recipere cum sola licentia Abbatis generalis; sed requiritur facultas Summi Pontificis; *ibid.* §. 5.

Canonici Regularibus rescripta & brevia pro exercendo advocati munere nunquam conceduntur; quod est conforme cap. Ex parte tua, de postulando. Idem de Synodo diocæsana lib. 3. cap. 10. §. 12. nov. edition. (Vide verb. Parochus in addit. hispan. art. 1. & 2. verb. Quæ Regulares, art. 1.) **

CANONIZATIO SANCTORUM. Vide verb. Veneratio Sanctorum.

CANTIONES. Vide verb. Ecclesia art. 5. n. 41. verb. Luxuria num. 86. & 87. verb. Processio num. 53.

CANTUS.

CANTUM in divinis laudibus adhibere, ritum esse vetustissimum, ab ipsis quoque Christi & Apostolorum exemplo originem trahentem, docet Sanctus Augustinus *epist. 55. ult. edit. cap. 28.* Nequaquam tamen ubique eodem tempore, neque ab omnibus æque receptum, & probatum fuisse fatendum est. Testis enim est Sanctus Augustinus *lib. 9. Conf. cap. 7.* suo tempore primum à S. Ambrosio in ecclesia Mediolanensis institutum fuisse, ut hymni & psalmi canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus memoris tædio contabesceret. Mos Orientalium erat ut hymni & psalmi alternatim canerentur.

nerentur. Quæ disciplina ab omni plane ævo probata, atque recepta, hodie quoque viget in ecclesiis; ita ut unusquisque psallentium, aut recitantium horas canonicas tam publice, quam privatim, suo muneri satisfaciatur, si quisque alternatim versus psalmodum, aut hymnorum recitet, licet nec psalmodum nec hymnorum versus ab altero socio, vel choro rectitatos privatim repetat. Decantatio distincta divini officii excitementum est singulare ad devotionem. Quod intendens piissimus Mediolanensis Antistes Sanctus Carolus decrevit; ut: "Omnes in choro divina officia, ut temporis ratio postulaverit, alternis vocibus canant, recitent, attentèque audiant; idque non cursim, non perturbate, non oscitanter, sed leniter, distincte ac studiose faciant." Distincte canere est canere non syncopando, non mutilando, non cursim, non festinanter, non commiscendo verba vel syllabas, faciendò pausam in medio, vel intra unumque versiculum. Hinc mellifluis pater filius suis hoc monitum reliquit: "Psalmodiam, inquit, non nimium protrahamus, sed rotunda & viva voce cantemus. Medium & finem versus simul intonemus, & simul dimittamus. Punctum nullus teneat, sed statim dimittat. Post medium bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere, & nimis currere præsumat, aut post alios pneuma trahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausemus, semper auscultando. Quicumque incipit antiphonam, aut psalmum, hymnum, responsorium, alleluia, unam aut duas partes solum dicat aliis tacentibus; & ab eo loquendo ille dimittit, alii incipient, non repetentes quod ille jam dixit. Monemus vos, dilectissimi, ut sicut reverenter, ita & alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parentes vocibus, non præfata verba dimidia, non integra transientes, non fractis, & remissis vocibus muliebre quiddam de vane sonantes, sed virili sonitu & affectu voces Sancti Spiritus depromentes." (Vide *lit. B. p. 371. col. 1.* ***)

CANTUS GREGORIANUS.

Cantus Gregorianus in choro, aliisque functionibus, à fratribus, & monialibus ordinis minorum Sancti Francisci de Paula peragendis, adhiberi præcipitur. Benedic. XIV. constit. incip. Romanus Pontifex.

CAPPA.

- 1 *** CAPPA est antiquior habitus choralis, ac proprius
- 2 Canoniorum. In collegiatis insignibus concessi solet Canonici per Sedem Apostolicam nobilior habitus cappæ cum rochetto, ut tradit Conradus in *praxi benef. l. 2. cap. 14. n. 3. & 14.* Per concessionem cappæ intelligitur quoque concessus usus rochetti: quod probatur à Carol. Dufresne in *verb. Cappa, vers. Cappæ chorales.* Non desunt exempla, quod hujusmodi insignia, nedum Canonici concessa fuerint per Sedem Apostolicam, sed imo etiam inferioribus Clericis, ut de usu cappæ concessio Capellanis ecclesie Ferrariensis ex decreto Sac. Congr. 28. Januar. 1606. testatur Barbosa cum aliis. Certum est, quod si ecclesia cathedralis non habeat usum cappæ & rochetti, non solet, nec debet idem usum concedi ecclesie collegiatae: nam cum majoritas habitus majoritatem personæ designet, juxta textum in c. Ut Apostolice, de *privileg. in 6.* incongruum est, quod collegiata nobiliori habitu suam cathedralem antecellat, ut notat Conradus in *praxi benef. cap. 14. num. 15. vers. Sane, & resolvit Sac. Congr. in Trojana indulti cappæ canonice 10. Septembris 1701.* ad relationem Eminenti. D. Card. Coloredi. Sed excipitur videtur casus, quod in limine erectionis ecclesie collegiatae aliquis laicus de suis bonis eam dotando desiderasset hunc habitum nobiliorem; nam tunc summus Pontifex deferre solet desiderio dotantis, qui ita & non aliter voluit ecclesiam dotare, eamque erigi facere in collegiatam, ut apud Caril. *dect. 76. n. 12. & seq. & adverteit Conradus dicto cap. 7. num. 16.* Quoties autem cathedralis habeat ex indulto

usum cappæ & rochetti, seu alium, non potest idem habitus concedi collegiatae; quia debet esse distinctio inter Canonicos cathedralis, & collegiatae; tamquam inter majores & minores. Hæc procedunt, si cathedralis & collegiata sint in eodem loco; sed si distent inter se, ita ut uterque Clerus non conveniat in functionibus, contrarium sustineri posse videtur; nam tali casu cessat indecentia, & incongruentia ob distantiam utriusque Cleri. Usus cappæ & rochetti est de regalibus Summi Pontificis, & eorum concessio pendet ab ejus absoluta potestate, & ipse solus habet interesse. Cappa & rochetum non denotant jurisdictionem, sed solum perfectionem, gravitatem, & ornamentum personarum, ut tenet Ceccoper. *Lucub. Canonie. l. 1. n. 93.* Cappa & rochetum gestari possunt non solum in ecclesia, sed etiam in processionibus & aliis functionibus ecclesiasticis, cum sit privilegium personale, quod non circumscribitur loco, ut resolvit Sac. Rit. Congreg. 19. Augusti 1634. & testatur Ceccoper. *ibid. l. 1. n. 92. & 93.* ***

CAPPELLA. SUMMARIUM.

- 1 CAPPELLA in quo differat à capellania, ad n. 3.
- 2 Quoniam veniam sub nomine capella, ad n. 14.
- 3 Capella pro altari accepta quomodo sit dotanda, & à quo, ad n. 27.
- 4 Quid probent inscriptiones, arma, & insignia in aliqua capella reperia, ad n. 36.
- 5 Capella regie qua sint jura, & privilegia, ad n. 47.
- 6 An possit Episcopus visitare cappellas Regularium, ad n. 52.
- 7 Et illas privatorum, ad n. 54.
- 8 Quæ sit Episcopi auctoritas circa dispensationem missarum de una capella in aliam.
- 9 Quæ capella gaudeant immunitate ecclesiastica, qua vero non, ad n. 61.
- 10 Capella an vendi & alienari possit.
- 11 Subveniuntur supplementa Auctoritatis, ad n. 75.
- 12 Item Additiones ex aliena manu, ad n. 78.

CAPPELLA, & capellania sæpe pro eodem accipiuntur, ut probat Gloss. 1. in clementin. 2. vers. Quid de Capellanis, vel Beneficio altarium de decimis, Felin. in c. rescripti. num. 2. vers. Naturam vero istorum altarium, sive capellanarium, Fagnan. in cap. Expositi, de præbend. num. 3. Sed revera capella, & capellania inter se differunt, quia capella proprie est locus privatus in ecclesia, vel extra ecclesiam positus, vel sacratum: cap. Quisquis, vers. Capellæ 17. quest. 4. Fusch. de visit. l. 3. cap. 11. n. 6. Alphons. de Leone de offic. Capellani part. 1. quest. 3. sect. 1. num. 1. Barbosa juris eccles. univers. lib. 2. cap. 8. num. 17. Capellania vero definitur, quod sit onus celebrandi annuatim certas missas in capella, vel altari. Vass. tit. 3. in 3. part. S. Thomæ disp. 234. n. 28. Perez de Lara de annivers. & capell. l. 2. cap. 1. num. 2. Alphons. de Leone de offic. Capellani part. 1. quest. 4. sect. 2. num. 19. Barbosa juris eccles. univers. l. 3. c. 5. n. 1.

Capella plerumque accipitur in Jure pro modica ecclesia; ut in c. & per tot. de capellis Monach. Aliquando sumitur pro ecclesia parochiali, ut c. Expositi 33. de præbend. Interdum intelligitur nomine capellæ ecclesia collegiata, ut cap. Cum Capella 16. de privilegii. Quandoque sumitur pro ecclesia Jurispatronatus, ut c. Nobis 25. de Jurispatronatus. Frequenter etiam pro capella veniunt sacrorum solemnium, quæ coram Papa, & Cardinalibus, seu aliis magnis Principibus & Prælati peraguntur, ut per Card. Paleot. de Sac. Consistor. comp. part. 5. q. 11. pag. 313. lit. B. & de his capellis pontificis plura sanxit Sixtus V. in constitut. incipient. Egredia. Frequentius tamen, & magis proprie pro capella intelligimus sacellum, seu oratorium, id est, locum Deo consecratum intus, vel extra ecclesiam: cap. Quis-

10 quis 20. vers. Capellæ, caus. 17. q. 4. Et capella hoc ultimo modo sumpta tribus modis sic appellatur; primo, quando est ædificatum altare in ecclesia, etiamsi sit altare majus; Rota in *Croicatis Castellæ Beneficii* 16. Junii 1628. coram Card. Virili, sive sit in ecclesia seculari, sive regulari, ut in *toto tit. de capellis Monac.* Secundo, quando est ædificatum altare in aliquo loco separato ab ecclesia, ita ut habeat ipsam in publica via, ut fieri solet in villis, & in aliis locis campestribus. Tertio, quando est ædificatum altare in aliqua domo alicujus privati in loco remoto ejusdem domus, ita ut sit pars domus. Ita Alphonsus de Leone *de officio capellani part. 1. q. 3. n. 11. cum seq. Barbosa Juris eccles. univ. lib. 3. n. 20. (Vid. leg. 4. §. 5. tit. 10. part. 1. verb. Altare, & verb. Ecclesia, cum verb. Oratorium.)*

11 Quare autem hæc loca sic Deo dicata, & consecrata appellantur capellæ, varii varia dicunt. Aliqui enim volunt capellam dictam esse à cappa B. Martini, quam Reges Franciæ ab bella portabant, & sub quodam tentorio servabant; quod inde capella, & inde capellani custodes illius dicebantur. Barbosa *Juris ecclesiast. univ. lib. 2. cap. 8. n. 19.* Alii dicunt, quod potius capella est Francicum nomen, quod significat tegumen, quod veluti tentorium sibi Reges Francorum extruebant in castris militariis in quibus sacrum audire solent. Azor, *instit. mor. part. 2. l. 3. §. 8. q. 1. §. 2.* Nonnulli tenent, quod capella idem sit, ac campanna, & desumatur à verbo *capio*; & annus, quasi importet locum, qui capit populum, & in quo annuatim sacra fiunt. Fringerius in *etymologico latino, verb. Capell.* Alii autem sustinent, capellam dictam esse à capris; quærum pellicibus olim tegebatur. Gloss. in c. Concedimus 30. dist. 1. de consecratione, ibi: *Cum antiquitus dicerentur capella rugaria caprarum pellicibus tecta, & ibid. Turresemata n. 4. & cum aliis Barbosa loc. cit.* Hisce autem nostris temporibus ex communi usu loquendi capella accipitur pro altari in ecclesia ab aliquo erecto, vel dorato; in quo Juspatronatus obtineat. Rebuff. in *concordata in forma mandati Apost. verb. Capella.* Barbosa *loc. cit. n. 18.* Et à capellis sic sumptis derivantur etymologicæ capellanæ.

12 Capella constructa pro celebratione missarum debet sufficienter dotari à patrono, aliter non acquirit Juspatronatus. Abbas in *cap. Ad audiendam 3. de Juspatron. num. 4.* Garzias *de benef. part. 5. cap. 9. n. 52.* Gloss. in *cap. Quicumque 30. caus. 16. q. 7. arg. cap. Nemo ecclesiam 9. dist. 1. de consecrat. & declaravit S. Congregatio apud Garziam loc. cit. his verbis: "Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit Juspatronatus, sed dicitur benefactor." Si capella non sit sufficienter dotata, potest fieri præceptum patronis beneficiorum, ut intra competentem terminum provideant altaria de omnibus necessariis, vel ut dotem augeant sub poena privationis eorum Juris: eo autem elapso, & non parito, ad privationem procedi potest. Hinc altaria inornata, & indotata posse ab Episcopis, & Regularibus concedi aliis patronis, qui eis provideant, si proprii post tertium monitionem cum aliquo intervallo, vel termino non adeo coarctato ab Ordinario faciendam, id præstare negligant, vel recusent; censuit Sac. Congregatio Episcoporum in *Mutinenti 2. Maji 1601. & 16. Febr. 1604.* ac alibi sæpe, ut testatur Pignatell. *tom. 6. consultat. 15. num. 4.* Præceptum de augenda, vel constituenda dote sub poena privationis Juspatronatus, & capellæ, potest fieri quoque patrono, etiamsi in fundatione fuerit sufficienter assignata; & deinde tractu temporis fuerit diminuta, vel perdidita: Sperell *decis. 67. num. 10.* Lambertini *de Juspatronat. lib. 1. q. 6. art. 4. num. 5. & 6.* Lotter. *de re beneficiaria q. 31. num. 19.* Genuens. in *praxi cap. 106. sub num. 31.* Pignatell. *cit. tom. 6. cons. 15. num. 5.* Et hoc intellige, quando dos à patrono sufficienter assignata perit, vel diminuta est sine-ulla culpa Reſtoris capellæ, seu beneficii, quia si dos sufficiens assignata à patrono pro totali maintenance altaris, seu capellæ perisset, vel diminuta esset culpa Reſtoris capellæ, seu beneficii, tunc nullatenus esset patronus inquietandus, sed teneretur ad maintenancem Reſtoris capellæ, seu beneficii, qui juxta *regul. 20. Juspatronat.**

13 *ris in 6. Non debet aliquis alterius odio pregrari, & juxta regul. 23. etiam Juris in 6. Sine culpa (nisi subit causa) non est aliquis puniendus.* (Consonat *Reg. 18. tit. fin. part. 7. vid. lit. A. pag. 111. n. 88. lit. D. pag. 91. n. 43. 115. n. 17. & 19. ac lit. B. pag. 330. n. 68. & pag. 4. 28. n. 10.*) Et ad hoc faciunt canones C. Quicumque 1. & c. De his 4. de ecclesiis edificandis, ubi videtur injunctum Reſtoribus ecclesie, vel capellæ, onus ipsas reficiendi, & reparandi. Quod onus extenditur etiam ad ornamenta, paramenta; luminaria, & omnia alia, sine quibus divina celebrari non possunt, quia fabricatio ecclesie, & præparatio ornamentorum à pari procedunt, & parificantur; c. De his 20. de Testamentis, ibi: *De his que in ornamentis, vel pro cereis, seu fabrica, luminariis, vel aliis ad perpetuum cultum divinum &c.*

14 Num autem manentio altarium, seu capellarum, quæ sunt de Juspatronatus, ac ornamentorum necessarium pro eisdem altaribus, seu capellis, expectat ad ipsos patronos, an ad ecclesiam, in qua dictæ capellæ, seu altaria sunt erecta, stante consuetudine, quod patroni numquam fuerint coacti ad dictam maintenancem, esse eandem impensam præstiterit dicta ecclesia, prout hodie supplet impensas caparum, & omnium paramentorum sacerdotalium; nec beneficiati, qui habent capellanias erectas in dictis capellis, seu altaribus, possunt eidem maintenancem concurrere, stante redditus tenentis vix excedentis onera missarum, quæ dictis capellanis annexa sunt; Congr. Conc. in *Urbinatei*, in qua fuit propositum tale dubium sub die 10. Maji 1663, ad *cap. 7. sess. 21. & cap. sess. 9.* respondit teneri ecclesiam ad limites consuetudinis legitime. In reliquis *prova de Jure.* Hoc tamen est intelligendum, quando ecclesia sit ita dotata, ut possit congruenter modo manere altaria, & de facto longo tempore manentur, quia tunc dos ecclesie censetur etiam dos altarium. Et oportet, quod talis dos sit instituta pro maintenance ecclesie, non autem sit destinata pro maintenance ministrorum, quia proventus destinati pro ministris non debent minui, ut provideatur altaribus, cum jam ad ipsos Jus acquisiverint; quare in tali casu aliunde esset providendum de dote, ut recte dicit Pignatell. *loc. cit. n. 3.* Quam dotem pro congrua maintenance capellæ teneretur assignare patronus, ut jam supra diximus, quia fundans capellam tenetur illam competentem dotare, quemadmodum patet filiam, juxta text. in *leg. Quid liberum, ff. de rit. nupt. Abbas cons. 89. n. 20. lib. 2. Bellet disput. Cleric. §. 15. num. 3.* Villagut. *dec. 9. num. 2.* Sperell. *dec. 68. num. 15.* Rota *dec. 230. n. 1. part. 1. divers. arg. cap. Nemo 9. dist. 1. de consecrat. (Vid. verb. Beneficiatus, verb. Ecclesia, art. 3. atque verb. Dos, Dotare.)*

15 Si vero nec patronus, nec ecclesia, nec reſtor, seu beneficiatus possunt necessaria ministrare, & aliter necessitatis opportunum remedium præberi nequit, tunc Episcopus poterit secundum aliquos certam partem pecuniæ destinata pro celebrandis missis, vel anniversariis ad tempus in eandem necessitatem convertere, per textum in *leg. 1. Cod. de expens. Imol. lib. 11. Joan. Andreas in cap. fin. extra de testament. & tradit Ricc. *dec. cis. 123. part. 2.* Genuens. in *praxi cap. 54. num. 5.* Pignatell. *loc. cit. num. 5.* Et facit decretum Sac. Congreg. Concil. in *una Romana Legati Missarum pro Archiepiscopatu fraternitate S. Mariæ de Planctu*, quod legatum conceptum erat his verbis: "Di fac celebrare tante Missæ all'anno, quante ne comporterant il frutto della sua Eredità." Ubi quoad distributionem pro utensilibus sacristiæ die 26. Martii 1679. ita rescripti: "Taxandam esse elemosynam ad rationem elemosynæ manualis in Urbe currentis, detractis tamen ex iisdem introitus hereditariis scitis quatuor pro singula missa quotidiana ratione utensilium sacramum suppellectilium pro hujus missæ celebratione, lib. 39. Decr. fol. 109." ut refert Monacell. *tom. 4. supplement. ad 3. tit. num. 181.* Nunc tamen perpendiculari sunt decret. Sac. Cong. Concil. de celebrat. missarum cum suis declarationibus, ut recte observavit Episcopus Lyciensis in sua II. synodo diocesana §. 2. in *amort. & Pignatell. loc. cit. num. 5.* Vide *verb. Utensilia num. 14.**

28 Capellæ fundationem, & Juspatronatus demonstrant inscriptiones, arma, & insignia familie insculpta in marmoreis lapidibus, vel pariete capellæ, quæ regulariter apponi non solent in re, vel ædificio alienis sumptibus constructo. Hinc eorum insculptio demonstrat rem esse de dominio, & pertinentia illius, cujus sunt arma, & insignia. Rota *part. 17. dec. 139. n. 5.* Et sic reperita in aliqua capella, vel altari inducunt præsumptionem Juspatronatus, & bonæ fidei in antiquis. Rota *part. 2. dec. 548.*

29 Et arguunt, illum, cujus sunt arma, & insignia, sibi, & suis ædificare, & acquirere voluisse. Rota *part. 9. tom. 1. dec. 124. n. 21.* Et licet non appareant ita antiqua, ut dici possint apposita fuisse in fundatione, nihilominus conducunt ad probandam fundationem, quia præsumunt per patronos, & fundatores apposita, vel ad conservationem sui Juris, vel ad ostendam devotionem erga Deum, & Sanctos. Rota *part. 1. dec. 13. n. 3.* Unde patroni debent manentem in quasi possessione tenendi in capella, seu altari insignia, ut decrevit Sac. Congr. *Sept. 17. Sept. 1601. & 4. Sept. 1602.* Quæ arma, vel insignia, sive probentur esse apposita in fundatione, vel ob restorationem, aut meliorationem, nulli unquam, sive Reſtori, sive conventus Prælo, sive heredi liceat ea abradere, & remove, vel ut memoria fundationis aut benefactoris deperdat, vel ut aliorum nomina, & insignia ibi ponantur; *leg. Qui liberalitate §. Nec ejus nomine, ff. de operibus publicis, ibi: "Nec ejus nomine, cujus liberalitate opus extructum est, eraso, aliorum nomina inscribantur." Pammoll. dec. 10. adn. pr. n. 68.* Genuens. in *praxi c. 109. n. 1.* Immo Genuens. n. 4. concludit heredem non posse sua arma affigere in capella, in qua sunt illa fundatoris, nec memoria defuncti deperdat contra mentem ipsius fundatoris, qui in signum patronatus ibidem arma, & insignia, seu stemmata familie suæ ponendo, videtur id fecisse sub ea lege, ne unquam amoverentur, & aliena ponerentur per *dit. l. Qui liberaliter, & leg. Si judices ff. de operibus publicis, & leg. Legatum, ff. de admin. rer. ad civit. pertinent.* Et per hoc tam Jure communi, quam particularibus multorum locorum legibus statutum est, quod ornamentes, ac delentes alicujus familie insignia in ecclesiis, capellis, alicove loco ad perpetuam memoriam collocata, severe puniantur; *leg. Opus, ff. de operibus publicis.* Et quidem Romanus *sing. 474.* scriptum reliquit ponam ejusmodi esse Judici arbitrium, cui subscripserunt Gom. §. Penales n. 5. *inst. de aditionibus, Rebuff. in comp. ad Reg. const. Gall. tom. 3. t. de mat. respos. art. 1. gl. 2. n. 35. ex testu, ubi Bartol. in l. Qui liberalitate, ff. de operibus publicis; Menoch. de arb. leg. 2. cent. 3. q. 281. (Vid. lit. A. pag. 231. & 232.)*

30 Capellæ Regiæ, & eorum capellani subsunt locorum Ordinarii, non autem capellarum magistris; nam & ipsi Reges in spiritalibus subsunt Episcopis Diocesanis; *cap. Omnes Principes 4. cap. Solitæ 6. de majori. & obedient. cap. Duo sunt quippe 10. dist. 96.* adeoque multo magis clerici capellarum, & ipsa capella; Abbas in *cap. Cum capella 16. de privilegiis n. 3.* Marian. Soccin. *ibid. in tertio notabili, Fagn. ibid. n. 7.* Unde dicta capella, carumque capellani, quantumcumque gaudeant prerogativæ exemptionis, poterunt nihilominus visitari ab Episcopo loci ex decretis *cap. 4. sess. 6. cap. 6. sess. 25.* ut declarasse Sac. Congr. Conc. refert Fagn. *l. c. n. 8.* ubi dicit, quod cum quidam Sacerdos Regius Capellanus vocatus ad judicium coram Ordinario loci postulasset se remitti ad capellanum majorem sub prætextu exemptionis, de qua habetur in Conc. Trid. *cap. 11. sess. 24. de reform. Sac. Congr. censuit cap. 4. sess. 6. & cap. 25.* comprehendere capellas regias, etiamsi in privilegiis esset dictum ut non possent visitari ab Ordinariis, quia cum *d. cap. 6. sess. 25.* deroget etiam fundationi, & immemorabili, censetur derogare istis privilegiis. Nec obstant privilegia exemptionis concessa regis capellanis *sess. 24. cap. 11.* quia reservatio exemptionis, de qua in *d. sess. 24. cap. 11.* procedit juxta terminos c. Cum capella 19. de privilegiis, solum quoad suspensionem, vel excommunicationem, aut interdictum, non autem quoad visitationem, & aliam jurisdictionem, ut ibi aperte patet, & tenet Rota *dec. 744. part. 1. Divers. Covarrub. practic. cap. 11. n. 5.* Barb. in *Conc. sess. 7. cap. 8. n. 26.* Fagn. in *dist. cap. Cum capella n. 7. & 10.* Et de facto Tridentinum *d. sess. 24. c. 11. de reform.* expresse præservavit dictam Decretalem, ibi: *Et quoad capellanos regios juxta constitutionem Innocentii III. qua incipit, Cum capella, subjecti existant.* Nec huic Ordinariorum jurisdictioni, (quod scilicet in locis, capellis, & ecclesiis, quæ sub Regum immediata protectione sunt, Episcopi possint visitare, & recognoscere decentiam divini cultus, & alia facere, & inquirere, quæ pertinent ad sacra mysteria) fuit in aliquo derogatum per Trid. *c. 8. sess. 22. de reform.* ut censuit Sac. Congr. Conc. in *Neapolit. 12. Decemb. 1601. lib. 15. dec. pag. 423.* In qua responsione pro instructione additur, quod protectio regia ad effectum exemptionis contentæ in textu Concilii non acquiritur per simplicem receptionem in protectionem. Barb. *supra d. c. 8. sess. 22. de reform. n. 30.* Monac. *tom. 3. tit. 13. form. 2. n. 53.* Pignat. *tom. 1. cons. 114. n. 32.* ubi refert prout sequitur. In una Messan. fuit dubitatum. Primo; an hospitale, aliàs non exemptionum, si accipitur à Rege sub immediata sui protectione, eximatur à jurisdictione Ordinarii, ita ut ab eo visitari non possit, juxta Sac. Conc. Trid. dispositionem *sess. 22. c. 8. de reform.* Secundo; an hospitale, in quo Rex habet Juspatronatus, si aliàs exemptionum non fuerit, visitari possit ab Ordinario? Tertio, an per immemorabilem consuetudinem non visitandi aliquod hospitale excludatur ordinarius à Jure illud imposterum visitandi. *Die 11. Decemb. 1621.* Sac. Cong. Conc. ad primum dubium respondit: "Hospitale aliàs non exemptionum, non ideo esse immune ab Ordinarii jurisdictione, etiamsi acceptum fuerit à Rege sub immediata ejus protectione, ac propterea hoc non obstare, quamvis ab Archiepiscopo visitari valeat. Ad secundum. Hospitale, in quo Rex habet Juspatronatus, si aliàs exemptionum non fuerit, utique posse ab Ordinario visitari. Ad tertium. Ejusmodi consuetudinem etiam immemorabilem esse sublatam decreto *nc. 8. sess. 22. de ref. ac* proinde per eam nequam excludi Ordinarium à jure hospitalium visitandi."

31 A quo visitentur capellæ & regia hospitalia expositum manet (1); quoad subjectionem capellanorum, tam regia capellæ, quam copis militariibus servitium, non videtur congrua assertio capitulorum in quibus Auctor se fundat; ad nullum alium casum erga capellanos se extendit cognitio ordinariorum, nisi ab ipsis capellanis, aut beneficiis aliquod obtineatur, in quibus possunt manum suam, seu falcem mittere: ut accidit, si tractetur de onerum adimplemento, & visitatione (2).

(1) Vid. *verb. Administrator, Capellanus militum, & parochia, per tot.*

(2) *Auct. ac. 7. tit. 1. lib. 4. ann. 1712.* Habundose visto en el Consejo el decreto mio de 18. de Octubre próximo, y otro de 9. de Febrero, remitidos con la representación del Patriarca, Vicario general de mis Ejércitos, sobre competencia de jurisdicción con uno de los Provisores en sede vacante de Pamplona, que estaba procediendo contra un Capellan de los dos Regimientos de Guipuzcoa y Vizcaya, y de la Plaza de Fuente-Rabia, Ferrar. *Biblioth. Tom. II.*

32 Capella, seu altaria confraternitatum laicorum existentium

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

